

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Gula f cum uariis

Ypocrates in amphorismis docet crassa et obesa corpora que crescendi mensuram impleuerunt, nisi cito ablacione sanguinis imminuantur in paralisim et pessima morborum genera erumpere, et idcirco necessariam esse dempcionem, ut rursus habeant in que possint crescere. Non enim manere in uno statu naturam corporum, sed aut crescere semper aut decrescere, non posse uiuere animal nisi crescendo capax sit. Vnde et Galienus uel doctissimus Galieni interpres adepta, quorum uita et ars sagina est, dicit in exhortacione medicine, nec uiuere posse diu nec sanos esse, animasque ita nimio sanguine et adipibus quasi luto inuolutas, nichil celeste, sed semper de carnibus eructuare et uentris ingluuie cogitare.

Ieronymus in epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Ypocrates] Hypocras P V¹; amphorismis] amphorissimis B, amphorissimis C;
imminuantur] minuantur M P V¹ V² L¹ L²; animal] alias P V¹ V² L¹ L²; et *om.* C; adepta]
Adeps L¹ L²; nichil] nil P V² L¹ L², ni V¹; carnibus eructuare] carnalibus eructare P V¹ V² L¹
L²